

apud Sanctos Apostolos VI. idus augusti, Pontificatus nostri anno XI.

Indictio Synodi Diocesanae.

366

MCCCCXXVIII.

Bonifacius Dei, & Apostolicæ sedis gratia Electus Aquensis universis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Decanis, Cantoribus, Plebanis, Viceplebanis, Ecclesiarumque parochialium Rectoribus, & universis civitatis, & diocesis Aquensis, ad quos præsentis litteræ nostræ devenerint salutem in Domino sempiternam. Cupientes nobis curam commissi regiminis jurisdictionis actibus, & observantiis salutaribus agere, ad ea, quorum fructuosis celebrationibus cernimus subditos in agendis proficere abundantius, libenter ut decet oculos nostræ mentis attollimus. Hinc est, ut quod juris est circa celebrandas annuas synodos observemus, vos universos, & singulos antedictos in prædictis civitate, vel diocesi obtinentes beneficia, quorum intuitu vocati ad synodum venire tenemini, per præsentis citamus, requirimus, & monemus, vobisque, & unicuique vestrum sub pœna cuique inobedienti arbitrio nostro imponenda, præcipiendo mandamus, quatenus die martis, quæ erit X. mensis februarii proxime futuri hora terciarum in Ecclesia cathedrali Aquensi conveniatis in unum coram . . . . .

quo quæcumque videbuntur opportuna ad Ecclesiarum vestrarum regimen, & commissarum vobis animarum salutem, ut boni cultores possitis in excolenda vinea Domini proficere, proponatis, quatenus exinde tam circa corrigenda si quæ fuerint, quam circa statuenda vestris adfidentibus devotionibus possimus dante Domino salubriter immorari, in quorum testimonium præsentis fieri iussimus, & sigilli rotundi quo utimur de præsentis impressione muniri, vobisque, & cuilibet vestrum præsentari mandamus, volentes, ut unusquisque vestrum eas post opportunam inspectionem restituat præsentanti, ut omnibus exinde, quibus diriguntur, valeant præsentari, de quarum præsentatione earumdem latori jurato dabitur plenam fidem. Dat. in domo nostræ habitationis Aquensis sub anno Domini MCCCCXXVIII., indictione VI., die XXVIII. mensis januarii.

Volumus, & mandamus, quatenus vos Priores, Præpositi, Archipresbyteri, & Plebani nuncietis, & intimetis Ministris capellarum vestrarum, vim tenoris præsentium litterarum, ut nobis possitis de huiusmodi intimatione facere relationem debitam.

Nomina eorum, ad quos missæ sunt litteræ pro celebratione synodi sunt ista.

Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis, Presbyter Michael Bachinus Rector Ecclesiæ Septebri, Gulielmus Gambarupta Archipresbyter Cassinarum, Petrus Rector Ecclesiæ S. Petri Fubinis, Presbyter Castri-novi Incisæ, Benedictus de Scarfellis de Castro Rochetæ, Rector Ecclesiarum Bruni, Rufinus Dagna Rector &c. Frater Martinus de Dagnis &c. Frater Baldinus Ordinis Minorum, vices gerens Archipresbyteri Montisbarutii, Presbyter Christophorus Archipresbyter Incisæ, Dominicus de Strada Rector

Ecclesiæ de Vallibus, Bartholomæus Zabreræ Archipresbyter Niciæ, Jacobus Cavallarius Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Quinzano, Bonifacius de Montebarutio, Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Bellomonte, Dominicus Damianus de Janua, Rector S. Marciani de Cossana, Antonius de Maxilla Rector Ecclesiæ S. Vaxii Rochetæ Pelasæ, Lazarus Malerba de Sexamo Rector dicti loci, Præpositus Antonius Rector Ecclesiæ S. Mariæ Bubii, Ludovicus Rector Ecclesiæ Montisboni, Manfredinus Bertolaccius Rector Alicis, Antonius de Sburlatis Rector Ricaldoni, Matthæus Rector Funtanilis, Christophorus Bottonius in Funtanili Procurator, Abbas S. Petri extra muros Aquenses.

Decretum synodale circa subsidium Episcopo solvendum pro ejus profectioe ad conc. Basileense.

MCCCCXXXII.

367

Bonifacius Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes universis, & singulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archipresbyteris, Presbyteris, ceterisque Ecclesiarum Rectoribus, & universis nostræ Aquensis diocesis jurisdictioni suppositis salutem in Domino. Cum pro accessu nostro ad futurum concilium Basileense imposueritis subsidium sub certis terminis per vos præfixis solvendum, nuncque receperimus litteras ab Illustris, & Excel. D. D. nostro Domino Duce Mediolani, Papiæ, Angliæque Comite &c., per quas nos hortatur subito, & immediate ad concilium prædictum iter nostrum arripere; attento igitur tenore litterarum prædictarum mandamus vobis, & cuilibet vestrum, quatenus infra primum terminum per vos præfixum totum subsidium prædictum omnino studeatis, & quilibet vestrum studeat persolvisse, ut litteras prælibati Domini valeamus adimplere. Has autem fieri, & registrari iussimus, nostrique sigilli rotundi impressione muniri &c. Quarum præsentatione jurato earum latori dabimus plenam fidem. Dat. Aquis in domo residentia nostræ die XI. mensis septembris MCCCCXXXII.

Qui fuerit terminus ad solvendum præscriptus, ac nomina illorum, qui sibi imposuerunt subsidium, patet ex alia hac charta ejusdem anni.

MCCCCXXXII., indictione X., die XXV. augusti in Ecclesia majori præsentibus Presbytero Zucha, Baldassarre Sismondis, & Stephano de Petris de Villanova Albinganensis diocesis. Collector cum Presbytero Joanne Zucha terminum præscripsit festum omnium Sanctorum proxime venturum pro medietate, pro alia medietate ad kalendas januarii proxime venturi.

Nomina Rectorum.

Archipresbyter S. Juliae, Archipresbyter Incisæ, Præpositus Incisæ, Archipresbyter Montisclari, Archipresbyter Montisbarutii, Archipresbyter de Meladio, Presbyter Franciscus Munde Rector Ecclesiæ Denicis, Presbyter Rufinus Rector S. Martiani de Montebarutio, Archipresbyter de Rocca vallis Urbaram, Frater Antonius de Laneriis Rector Ecclesiæ SS. M., & Gauden., Presbyter Inforciatus de